



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXVII. De conscientia. Et habet art. quinque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD VII. Dicendum, quod Aug. 12. de Trin. ostēdit hoc argumentum non valere: dicit enim quod peccato solius inferioris rationis totus homo dānatur. Et hoc ideo quia ad unam partem pertinet vtraque ratio, cuius est proprium peccare. Et ideo pœna directe responderet personæ, & non potētiæ, nisi in quantum potentia est personæ: pro peccato enim quod homo una sui parte cōmittit, ipsa perso- na hominis pœnam meretur, quantum ad omnia quæ in persona continentur. Vnde & in iudicio seculari pro homicidio, quod homo manu com- mittit, non sola manus punitur.

ARTICVLVS III.

Vtrum synderesis in aliquo extinguatur.

TERTIO quæritur, utrum synderesis in aliquo extingatur. Et videtur quod sic. Psa 31. Cor- rupti sunt & abominabiles facti sunt. Gloss. corrup- ti omni lumine rationis priuati: sed lumen synderesis, est lumen rationis, ergo lumen synderesis in aliquibus extingatur.

¶ 2 Item, Infideles non habent aliquē remorsum cōscientiæ de sua infidelitate; infidelitas autē pecca- tum est. Cum igitur officium synderesis sit remur- murare peccato, vñ quod in eis ipsa sit extincta.

¶ 3 Item, Per Phil. 7. Eth. Ille qui habet habitum vi- tii, est corruptus circa principia operabilium; sed principia operabilium pertinent ad synderesim: ergo in habente habitum vitij alicuius extinguit.

¶ 4 Item, Prou. 18. Impius cum in profundum ve- nit, contemnit, quod cum accidit synderesis lo- cum suum non tenet, ut dicit Hier. in glo. Ezech. 1. ergo in aliquibus extinguitur.

¶ 5 Item, In beatis amouetur omnis inclinatio ad malum, ergo per cōtrarium, & in damnatis oīs inclinatio ad bonum: sed synderesis inclinatur ad bo- num, ergo &c.

SED CONTRA, Isaiæ ultimo, Vermis eorū non morietur, & exponitur de verme conscientiæ, s̄m Aug. qui est remorsus conscientiæ: sed remorsus conscientiæ causatur ex hoc, quod synderesis re- muratur malo, ergo synderesis nō extinguitur.

¶ 2 Item, in peccatis profundissimum tenet locū desperatio, quæ est peccatum in Spiritum sanctū: sed etiam in desperatis synderesis nō extinguitur, ut patet per Hiero. in Gl. Ezech. 1. vbi dicit, quod nec in Cayn est extincta, quem tamen cōstat despera- tum fuisse per hoc, quod dicitur Gen. 4. Maior est iniquitas & cetera.

RESPON. Dicendum, quod synderesim extingui intelligi potest dupliciter. Vno modo quantū ad ipsum lumen habituale, & sic impossibile est, q̄ synderesis extingatur, sicut impossibile est quod anima hominis priuatur lumine intellectus agentis per quod principia prima in speculatiuis & o- peratiuis nobis innotescunt: hoc enim lumen est de natura ipsius anime, cū per hoc sit intellectu- alis, de quo lumine dicitur in Psa. 4. Signatum est super nos lumen vultus, quod scilicet nobis bona ostendit: hec enim erat responsio ad id quod di- xerat, quis ostendit nobis bona? Alio modo quā- tum ad actum, & hoc dupliciter. Vno modo ut di- catur actus synderesis extingui in quantum actus eius omnino interceptur, & sic contingit actum synderesis extingui, & in non habentibus usum li- beri arbitrii, nec aliquem usum rationis, & hoc p- pter impedimētū proueniēs ex lēsiōne organorū corporalium, a quib. rō nra accipere indiget. Alio modo per hoc, quod actus synderesis ad contra- riū dēlectat, & sic impossibile est in uniuersali iu-

dicium synderesis extingui. In particulari uero o- perabili extinguitur quando cumque peccatur in eligendo, nis enim concupiscētiæ, uel alterius pas- sionis ita rationem absorbet, ut in eligendo synde- resis uniuersale iudicium ad particularem adum nō applicet: sed hoc nō extinguit synderesim simpli- citer: sed secūndū quid. Vnde simpliciter loquen- do concedimus, quod synderesis nunquam extinguitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dicitur ali- qui peccatores omni lumine rōnis priuati: quan- tum ad actū electionis, in qua ratio errat, propter hoc quod absorbetur ab aliqua passione, uel de- primitur ab aliquo habitu, ut lumen synderesis non sequatur in eligendo.

AD II. dicēdum, quod in hæreticis non remur- murat conscientia eorum in fidelitati, propter erro- rem qui est in ratione eorum superiori, ex quo contingit quod iudicium synderesis huic particu- lari nō applicetur. In uniuersali iudicium synde- resis in eis manet. Iudicium enim mali est non credere his, quæ a Deo dicuntur. In hoc autem er- rant secūndum superiorem rationem, qua non credunt hoc esse a Deo dictum.

AD III. dicēdum, quod ille, qui habet habitum alicuius vitij, est quidem corruptus circa principia operabilium, non quidem in uniuersali, sed in parti- culari operabili, in quantum s. per habitum vitij deprimitur ratio, ne uniuersale iudicium ad eam particularem operabilem applicet in eligendo. Et per- hūc modum impius in profundum peccatorum ueniens contemere dicitur.

Et sic patet solutio ad quartum. Ad v. dicendum, quod malum est preter natura, & ideo nihil prohibet inclinationem ad mo- lum a beatis remoueri, sed bonum, & inclinatio ad bonum consequitur ipsam naturam, vnde natura manente non potest inclinatio ad bonum tolli- tiam a damnatis.

QVÆSTIO XVII.

De conscientia.

In quinque articulos diuisa.

- ¶ Primo, Vtrum conscientia sit potentia, vel ha- bitus, vel actus.
- ¶ Secundo, Vtrum conscientia possit errare.
- ¶ Tertio, Vtrum conscientia liget.
- ¶ Quarto, Vtrum conscientia eronea liget.
- ¶ Quinto, Vtrum conscientia in indifferentibus plus liget, vel minus quam præceptum prelati.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conscientia sit potentia, uel habitus, uel actus.

QVAESTIO est de conscientia, & in pri- mo quæritur, vtrū sit potētia, uel habitus, uel actus. Et vñ quod sit potētia, dicitur enim Hier. in Gl. Ezech. 1. postquam dicitur synderesim mētione fecerat, hæc conscientiam iterum præcipitari uidemus, ex quo vñ quod idem sit conscientia & synderesis, sed quodā modo synderesis est potētia, ergo & conscientia. ¶ 2 Pre. Nihil est subiectū uitij, nisi potētia actus: conscientia est subiectū in nationis peccati, ut patet ad Titū 1. Inquinata est corū & mēs & cōscien- tia, ergo conscientia est potētia. Sed dicebatur, quod inquinatio nō est in conscientia, sicut in subiecto. ¶ 3 Sed

Super illud Ezech. 1. in quatuor par- tibus.

Sup illud Ezech. 1. in quatuor par- tibus.

¶ 3 Sed contra, nihil potest numero idem esse inquinatum & mundum, nisi sit subiectum iniquationis: sed omne quod mutatur de iniquatione in munditiam idem numero manens, quandoque est mundum, quandoque inquinatum. ergo omne quod mutatur de iniquatione in munditiam, vel e converso, est subiectum iniquationis, & munditiae: sed conscientia mutatur de iniquatione in munditiam, Heb. 11. sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortis. ergo conscientia est potentia.

¶ 4 Præt. Conscientia dicitur esse rationis dictam, quod quidem dicitamen, nihil est aliud, quam rationis iudicium; sed iudicium ad liberum arbitrium pertinet a quo nominatur. ergo videtur quod liberum arbitrium, & conscientia sint idem: sed liberum arbitrium est potentia. ergo & conscientia.

¶ 5 Præt. Bassi dicit, quod conscientia est naturale iudicatorium, naturale autem iudicatorium est ynderesis; sed ynderesis est potentia aliquo modo. ergo & conscientia.

¶ 6 Præt. Peccatum non est, nisi in voluntate, & ratione; peccatum autem est in conscientia. ergo conscientia est ratio, vel voluntas; sed ratio & voluntas sunt potentia: ergo & conscientia.

¶ 7 Præt. Neque habitus neque actus dicitur scire: sed conscientia dicitur scire. Eccle. 7. scit enim conscientia tua, quia tu crebro maledixisti aliis. ergo conscientia non est habitus, neque actus. ergo est potentia.

¶ 8 Præt. Origenes dicit, quod conscientia est Spiritus corrector, & pedagogus anime sociatus, quo separatur a malis & adheret bonis: sed spiritus nominatur potentia anime vel essentiam. ergo conscientia aliquam potentiam nominat.

¶ 9 Præt. Conscientia vel est actus, vel habitus, vel potentia: sed non est actus: quia non semper manet actus, non est in dormiente, quod tamen conscientiam habet: nec est habitus, quod sic ostendit, nullus habitus rationis est de particularibus: sed conscientia est particularium actuum. ergo conscientia non est habitus rationis: nec alius potentie, cum conscientia ad rationem pertineat. ergo est potentia.

¶ 10 Præt. In ratione non sunt nisi habitus speculativi, & operativi: sed conscientia non est habitus speculativus, cum habeat ordinem ad opus: nec operativus, cum nec sit ars nec prudentia, hoc enim solum philosophi.

¶ 6. Eth. in parte operativa ponitur. ergo conscientia non est habitus, quod autem non sit ars, manifestum est. quod autem non sit prudentia, sic probatur. prudentia est recta ratio agibilia, ut dicitur in 6. Eth. non autem respicit agibilia singularia: quia cum sint infinita, non poterit eorum esse ratio. & iterum sequeretur quod prudentia per se augetur per se loquendo secundum consuetudinem plurimorum actuum singularium, quod non videtur esse verum: conscientia autem respicit opera singularia. ergo conscientia non est prudentia, sed dicitur eadem quod conscientia est habitus quodammodo, quo applicatur iudicium uniuersale rationis, ad particulare operum.

¶ 11 Sed contra, ad illud quod potest fieri per unum habitum, non requiruntur duo: sed habens habitum uniuersalem potest applicare ad singulare, solummodo potentia sensitiva irruente, sicut ex habitu, quo quis scit omnem mulam sterilem esse, scit hanc mulam esse sterilem, cum ea percipit esse mulam per sensum. ergo ad applicationem uniuersalis iudicii ad particularem actum, non requiritur aliquis habitus, & sic conscientia non est habitus, & sic idem quod prius.

¶ 12 Præt. Omnis habitus, vel est naturalis, vel infusus, vel acquisitus: sed conscientia non est habitus naturalis, quia talis habitus est idem apud omnes, non autem omnes

Andem scientiam habent, neque iterum est habitus infusus: quia talis habitus semper est reclusus: conscientia autem quandoque non reclusa: neque est iterum habitus acquisitus, quia sic in pueris conscientia non esset, nec in homine, antequam per multos actus habitum acquisisset. ergo non est habitus.

¶ 13 Præt. Habitus secundum philosophum ex multis actibus acquiritur: sed ex uno actu quis habet conscientiam. ergo conscientia non est habitus.

¶ 14 Præt. Conscientia pena est in damnatis, ut habetur 1. Cor. 3. in glo. sed habitus non est pena: sed magis perfectio habentis. ergo non est habitus.

SED CONTRA videtur, quod sit habitus. conscientia enim secundum Damascenum est lex intellectus nostri: sed lex est habitus. secundum saluum principiorum iuris. ergo conscientia est habitus.

¶ 2 Præt. Rom. 3. super illud. Cum non gentes quae legem, &c. dicitur glo. & si gentiles non habent legem scriptam, habent tamen legem naturalem, qua quisque intelligit, & qua sibi quisque conscius est, quid sit bonum & malum, ex quo videtur, quod lex naturalis sit, qua sibi aliquis conscius est: sed quilibet sibi conscius est per conscientiam. ergo conscientia est lex naturalis, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Scientia nominatur habitum conclusionis; sed conscientia quaedam scientia est. ergo & habitus.

¶ 4 Præt. Ex actibus multiplicatis generatur aliquis habitus: sed aliquis operatur frequenter secundum conscientiam. ergo ex talibus actibus generatur aliquis habitus, qui conscientia dici potest.

¶ 5 Præt. Prima Timothei. finis praecepti est charitas de conscientia bona, glossa. conscientia bona, id est spes est habitus quidam. ergo & conscientia.

¶ 6 Præt. Illud quod est in nobis per immisionem a Deo, videtur esse habitus infusus: sed secundum Damascenum in 8. lib. sicut fomes est per immisionem a demone, ita conscientia per immisionem a Deo. ergo conscientia est habitus infusus.

¶ 7 Præt. Secundum philosophum in 2. Ethic. omne quod est in anima, est habitus, vel potentia, vel passio: sed conscientia non est passio: quia passionibus non meremur, neque demeremur, neque laudamur, neque vituperamur, ut ibidem philosophus dicit, neque iterum est potentia: quia potentia non potest deponi. conscientia autem deponitur. ergo conscientia est habitus.

SED CONTRA videtur, quod sit actus, conscientia enim dicitur accusare, vel excusare: sed non accusatur aliquis, vel excusatur, nisi quod actu considerat. ergo conscientia est actus aliquis.

¶ 2 Præt. Scire quod consistit in collatione, est sci re in actu: sed conscientia nominatur scientiam cum collatione. dicitur enim, conscire, id est simul scire. ergo conscientia est scientia actualis.

RESPON. Dicendum, quod quidam dicitur conscientiam tripliciter dici. Quandoque enim conscientia sumitur pro ipsa re conscita: sicut fides accipitur pro re credita: quandoque pro potentia, qua conscimus: quandoque pro habitu, a quibusdam dicitur, quod quandoque pro actu. Et huius distinctionis haec videtur esse ratio: quia cum scire sit aliquis actus, & circa actum consideretur obiectum, potentia, habitus, & ipse actus, inuenitur quandoque aliquod nomen, quod ad ista quatuor aequiuocatur. sicut hoc nomen intellectus quodque significat rem intellectam, sicut nomen dicitur significare intellectus: quandoque uero ipsam intellectiuam potentiam: quodque uero habitum quendam: quodque uero actum. In huiusmodi nominationibus sequendus est usus loquendi: quia nominibus utendum, ut plures, ut dicitur 2. Topice. Illud quidem secundum usum loquendum esse videtur.

Quest. dist. S. Tho. EEE 4 tur

Lib. 4. c. 23

2. Glo. ordi ibi.

Interlinearis ibi.

Cap. 5. to. 5.

2. Ethic. c. 5. tom. 5.

Cap. 1. circa finem. to. 1.

tur, ut conscientia quæque pro re conscita accipiat, **F** ut cum dicitur, dicam tibi conscientiam meam, id est quod est in conscientia mea: sed potest etiam uel habitui proprio loquendo hoc nomen attribui non potest; sed solum actui, in qua significatione sola concordant omnia, quæ de conscientia dicitur. Scien- dum est, non quod non consuevit idem nomen esse alicuius potentie, & actus, & habitus, nisi quoniam actus aliquis est proprius alicuius potentie, uel alicuius habitus. sicut uidere est proprium potentie uisus, & scire in actu habitus scientie, unde uisus quæque nominat potentiam, quæque actum, & scientia similiter. Si autem sit aliquis actus, qui conueniat pluribus, aut omnibus habitibus, uel potentis, non consuevit a tali nomine actus aliqua potentia, uel alicuius habitus denominari, sicut patet de hoc nomine uisus: significat enim actum cuiuslibet habitus, & potentie, uisus, non est illius cuius est actus, unde hoc nomen uisus, ita significat actum, quod nullo modo potentiam, uel habitum, & similiter esse uidetur de conscientia. nomen, non conscientie significat applicationem scientie ad aliquid, unde conscire dicitur quasi simul scire. Quælibet autem scientia ad aliquid applicari potest. Unde conscientia non potest nominare aliquem habitum specialem, uel aliquam potentiam: sed nominat ipsum actum, qui est applicatio cuiuscumque habitus, uel cuiuscumque notitie ad aliquem actum particularem. Applicat autem aliqua notitia ad aliquem actum dupliciter, uno modo, scilicet in quod consideratur, an actus sit uel fieret alio modo, secundum quod consideratur, an actus sit rectus, uel non. & scilicet in quod primum modum applicationis, dicimus habere conscientiam alicuius actus, in quantum scimus illum actum esse factum, uel non factum, sicut est in communi usu loquendi, quando dicitur, hoc non esse factum de conscientia mea, id est nescio, uel nesciui an hoc factum sit, uel fuerit, & secundum hunc modum loquendi intelligitur, quod habetur Gen. 43. non est in conscientis nostris qui pecuniam posuerit in sacis nostris, & Eccl. 7. Scit conscientia tua, quia tu crebro male dixisti alijs. & secundum hoc dicitur conscientia testificari aliquid, Ro. 9. testimonium mihi perhibente conscientia mea. Secundum uero alium modum applicationis, quo notitia applicatur ad actum, ut sciatur, an actus sit rectus, uel non, duplex est uia, una secundum quod per habitum scientie dirigimur in aliquid faciendum, uel non faciendum. Alio modo, secundum quod actus postquam factus est, examinatur ad habitum scientie, an sit rectus, uel non rectus. & hæc duplex uia in operatiuis distinguitur secundum duplicem uiam, quæ est in speculatione, scilicet uia, quæ est in ueniendi, & iudicandi. Illa, non uia, qua per scientiam inspicimus quid agendum est, quasi consiliantes, est similis inuentioni, per quam ex principiis inuestigamus conclusiones. Illa autem uia, per quam ea, quæ iam facta sunt, examinamus & discutimus, an recta sunt, est sicut uia iudicij, per quam conclusiones in principia resoluntur. Secundum autem utrumque applicationis modum nomine conscientie utimur. Secundum, non quod applicatur scientia ad actum, ut dirigens ipsum, scilicet in hoc dicitur conscientia instigare, uel inducere, uel ligare. Secundum uero quod applicatur scientia ad actum per modum examinationis eorum, quæ iam facta sunt, sic dicitur conscientia accusare uel remordere, quando id, quod factum est, inuenitur discordare a scientia, ad quam examinatur: defendere autem, uel excusare quando inuenitur id, quod factum

est processisse secundum formam scientie, sed secundum, quod in prima applicatione, qua applicatur scientia ad actum, ut sciatur, an factum sit, est applicatio ad actum particularem notitie sentitus, ut memorie, per quam est quod factum est, recordamur, uel sensus per quem hunc particularem actum, quæ nunc agimus, percipimus: sed in secunda & tertia applicatione, qua consiliamur quid agendum sit, uel examinamus iam facta, applicatur ad actum habitus rationis operatiui. habitus synderesis, & habitus sapientie, quo perficitur superior ratio, & habitus scientie, quo perficitur ratio inferior, siue similes omnes applicentur, siue alter eorum tantum. Ad hos, non habitus examinamus quæ fecimus, & secundum eos consiliamur de faciendis. Examinatur tamen non solum est de factis: sed etiam de faciendis, consilium autem de faciendis tantum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cum dicitur hæc conscientia precipitari uidemus, non demonstrat ipsa synderesis quæ dixit esse conscientia scientia: sed demonstrat ipsa conscientia de qua supra tractatum est, uel potest dici, quod tota uis conscientie examinantis, uel consiliantis ex iudicio synderesis pendet, sicut tota ueritas rationis speculative pendet ex principiis primis. & ideo conscientiam synderesis nominat, in quantum scit, ex uis eius agit, & prope quod uolebat exprimere defectum, quo synderesis discernere potest. Non, non deficit in uniuersali, sed in applicatione ad singularia, & sic synderesis non in se definit; sed quodammodo in conscientia, & ideo in principio defectum synderesis, synderesis conscientiam limitat.

AD II. dicendum, quod ignatio non dicitur in conscientia, sicut in subiecto, sed sicut in cognitione; dicitur, non aliquis habere conscientiam in quantum tam, quoniam alicuius in quantum notitie sibi est conscientis.

AD III. dicendum, quod secundum hoc conscientia inquinata mundam dicitur, scilicet in quod aliquis sibi conscientis prius peccati, postmodum sicut conscientia a peccato mundatum, & ita dicitur conscientiam puram. Est enim eadem conscientia quæ prius mundata est, & postea munda, non quidem ita, quod conscientia sit subiectum munditie, & in munditie, sed quia per conscientiam examinatem utrumque cognoscitur, non quod sit idem actus numero, quo conscientia sciebat se esse immundum, & post mundum sciebat se esse: sed quia ex eisdem principiis utrumque cognoscitur, sicut dicitur eadem consideratio, quæ ex eisdem principiis procedit.

AD IIII. dicendum, quod iudicium conscientie, & liberi arbitrii, quantum ad aliquid differunt, & quantum ad aliquid conueniunt. Conueniunt enim quantum ad hoc, quod utrumque est de hoc particulari actu. Competit autem iudicium conscientie in uia, quæ est examinans, & in hoc differunt iudicium utriusque a iudicio synderesis, & differunt iudicium conscientie & liberi arbitrii, quod iudicium conscientie consistit in pura cognitione, iudicium autem liberi arbitrii in applicatione cognitionis ad affectionem, quod quidem iudicium est iudicium electionis. Et ideo contingit quod iudicium liberi arbitrii perueniat, non uero conscientie, sicut cum aliquis examinatur aliquem actum, & iudicatur quædam actum, quod imminet faciendum, & iudicatur quædam actum, speculando per principia hoc esse malum, uel ad ipsam actum, utpote fornicationis delectatione, & fornicati cum hac muliere, sed quoniam inceptum applicat re ad agendum, occurrit undique, multæ circumstantie ad ipsam actum, utpote fornicationis delectatione, & concupiscentia ligat ratio, ne eius dictam est electionem præparat. Et licet aliquis errat in eligendo, &

in conscientia: sed contra conscientiam facit, & dicitur hoc mala conscientia facere, in quantum factum iudicio scientia non concordat. Et sic patet, quod non oportet conscientiam esse idem, quod liberum arbitrium.

Ad v. dicendum, quod conscientia dicitur esse naturale iudicium, in quantum tota examinatio, uel conciliatio conscientia ex naturali iudicio dependet, ut prius dictum est.

Ad vi. dicendum, quod peccatum est in uoluntate, & ratione, sicut in subiecto: in conscientia autem alio modo, ut dictum est.

Ad vii. dicendum, quod conscientia dicitur scire aliquid non proprie, sed secundum illum modum loquendi, quo scire dicitur illud quo scimus.

Ad viii. dicendum, quod dicitur esse spiritus, id est spiritus nostri instinctus, prout ratio dicitur spiritus.

Ad ix. dicendum, quod conscientia, nec est potentia nec habitus, sed actus. Et quamuis actus conscientia non sit semper, nec sit in dormire: tamen actus ipse manet in sua radice, in habitibus applicabilibus ad actum. Rationes autem illas, quae probant conscientiam non esse habitum concedimus.

Ad primvm vero, quod in contrarium obicit, quod scilicet sit habitus, dicendum, quod conscientia dicitur esse intellectus nostri lex: quia est iudicium rationis ex lege naturali deductum.

Ad ii. dicendum, quod aliquis sibi ipse dicitur esse conscius per legem naturalem eo modo loquendi, quo aliquis considerare dicitur secundum principia: sed per conscientiam, eo modo loquendi, quo aliquis dicitur considerare ipso actu considerationis.

Ad iii. dicendum, quod quauis scientia sit habitus, in applicatio scientia ad aliquid non est habitus, sed actus, & hoc signat nomine conscientia.

Ad iiii. dicendum, quod ex his actibus non generat habitus alterius modi ab illo habitu, ex quo actus eliciuntur: sed uel aliquis habitus eiusdem rationis, sicut ex actibus in fusa charitatis generat aliquis habitus dilectionis, uel praexistens augmentatur, sicut in eo qui habet habitum temperantiae acquisitum ex actibus, ipse habitus augmentatur. Et ita cum actus conscientie procedat ex habitu sapientiae & scientie, non generatur inde aliquis habitus alius ab eis, sed illi habitus perficiuntur.

Ad v. dicendum, quod cum conscientia dicitur esse spes, est predicatio per causam, in quantum conscientia bona facit hominem bonae spei esse, ut glossa ibidem exponit.

Ad vi. dicendum, quod etiam ipsi habitus naturales sunt nobis ex immisione diuina. Et ideo cum conscientia sit actus proveniens ex habitu naturali ipsius synderesis, dicitur conscientia ex diuinam immisione esse, per modum quo omnis cognitio veritatis, quae est in nobis, dicitur esse a Deo a quo principiorum primorum cognitio nostrae naturae est indita.

Ad vii. dicendum, quod in illa diuisione philosophi actus in habitu includitur, eo quod habitus ex actibus generari probauerat, & similitum ad eum eos esse principium, & sic conscientia non est habitus, nec potentia, sed actus qui ad habitum reducitur. Rationes autem illas, quae probant conscientiam esse actum, concedimus.

ARTICVLVS II.

Utrum conscientia possit errare.

Secundo quaeritur, utrum conscientia possit errare. Et videtur quod non: Naturale enim iudicium

numquam errat; sed conscientia est naturale iudicium, ergo non errat.

¶ 2 Præ. Conscientia addit aliquid supra scientiam: id autem quod addit, nihil diminuit de ratione scientia: sed scientia numquam errat, quia est habitus quo semper uerum dicitur, ut patet in 6. Ethic. ergo nec conscientia errare potest.

¶ 3 Præ. Synderesis est scintilla conscientia, ut dicitur in glo. Ezech. i. ergo conscientia comparatur ad synderesim, sicut ignis ad scintillam: sed eadem est operatio & motus ignis, & scintillae, ergo & conscientia, & synderesis: sed synderesis nunquam errat, ergo nec conscientia.

¶ 4 Præ. Conscientia est m. Dam. s. i. est lex intellectus nostri: sed lex est certior quam ipse intellectus, intellectus autem semper est rectus, ut dicitur in 3. de Anima. ergo multo fortius conscientia semper est recta.

¶ 5 Præ. Ratio ex ea parte, qua synderesim attingit, non errat; sed ratio coniuncta synderesi facit conscientiam, ergo conscientia numquam errat.

¶ 6 Præ. In iudicio statur dicitur testium: sed in iudicio diuino testis est conscientia, ut patet Rom. 2. testimonium illis reddente conscientia sua &c. Cui igitur iudicium diuinum numquam possit falli, videtur quod conscientia nunquam errare possit.

¶ 7 Præ. In omnibus regulam, ad quam alia regulantur, oportet habere rectitudinem indeficientem: sed regula quaedam humanorum operum est conscientia, ergo oportet conscientiam esse rectam.

¶ 8 Præ. Spes innititur conscientia, sicut habetur per glo. i. Tim. i. ex corde puro & conscientia bona: sed spes certissima est, ut habetur Heb. 7. Ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus: quia confugimus ad tenendam propositam spem, ergo conscientia indeficientem rectitudinem habet.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 16. uenit hora, ut omnis qui interficit uos &c. ergo his, qui occidebant Apostolos, dicitur conscientia quod ex hoc placerent Deo: sed hoc est erroneum, ergo conscientia errat.

¶ 2 Præ. conscientia collationem quandam dicit: sed ratio conferendo, decipi potest, ergo conscientia errare potest.

RESPON. Sicut ex dictis patet, conscientia nihil aliud est quam applicatio scientia, ad aliquem spalem actum, in qua quidem applicatione contingit esse errorem dupliciter. Vno modo, quia id, quod applicatur, in se errorem habet. Alio modo ex eo, quod non bene applicat, sicut in syllogizando contingit peccatum dupliciter, uel ex eo quod aliquis falsis utitur, uel ex eo quod non recte syllogizat. Sed hoc quidem quod falsus utatur, ex una quodam parte contingit, ex alia autem parte non contingit dictum est. n. supra, quod per conscientiam applicat notitia synderesis & rationis superioris, & inferioris ad actum particularem examinandum. Cuius autem actus sit particularis, & synderesis iudicium uniuersale existat, non potest applicari iudicium synderesis ad actum nisi fiat assumptio alii cuius particularis. Quam quidem particularitatem, quaeque subministrat rationem superioris, quaeque inferioris, & sic conscientia perficitur quasi quodam syllogismo particulari. Ut si ex iudicio synderesis profertur, nihil prohibetur lege Dei esse faciendum, & ex superioris rationis notitia assumatur, concubium cum ista muliere est prohibitum lege Dei, fiet applicatio conscientia concludendo, ab hoc concubitu esse abstinendum. In uniuersali quidem iudicio synderesis, errorem esse non contingit, ut supra ex dictis patet: sed in iudicio

c. 3. & 5. c. 5.

Super illud in 4. partib. sumpta est Hiero.

Li. 4. c. 23. 3. de aia com. 31. c. 2.

Ar. preced.

Ar. preced.

Ar. prac. & ad 1. ar.

judicio rationis superioris contingit esse peccatū, sicut cū quis existimat esse s̄m legem vel contra, quod non est, ut hæretici qui credunt iuramentū a Deo esse prohibitum. & iō error accidit in conscientia pp fallitatem, quæ erat in superiori parte rōnis. Et similiter contingere pōt error in conscientia, ex errore existente in inferiori parte rōnis, vt cum aliquis errat circa civiles rōnes iusti vel iniusti, honesti vel inhonesti. Ex hoc autem qd non re dō modo applicatio fit in cōscientia, etiam error contingit: quia sicut in syllogizando in speculatiuis contingit formam debitam argumentandi p̄mitti, & ex hoc in conclusione accidere falsitatem: ita etiam contingit in syllogismo qui in operabilibus requiritur, ut dictum est. Sciendum tñ quod in quibusdam conscientia nunquam errare pōt, qñ. factus ille particularis, ad quem conscientia applicatur, habet de se in synderesi vniuersale iudicium. Sicut enim in speculatiuis non contingit errare circa particulares conclusiones, quæ directe sub principiis vniuersalibus assumuntur in eisdem terminis, ut in hoc quod est, hoc totum esse maius sua parte nullus decipitur: sicut nec in hoc, omne totum est maius sua parte: ita nec in hoc, quod est Deum non esse a me diligendum, vel aliquod malum esse faciendum, nulla cōscientia errare potest, eo quod in utroque iudicio, tam speculabilem, q̄ operabilem, & maior est per se nota utpote, in vniuersali iudicio existens, & minor etiam quidē de seipso prædicatur particulariter. ut cum dicis, omne totum est maius sua parte: hoc, totū q̄dam est. ergo est maius sua parte.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ conscientia dī naturale esse iudicium, in quantum est conclusio quædam ex naturali iudicatorio deducta, in qua potest error accidere: & si non propter errorē naturalis iudicatorii, tamē propter errorem particularis assumpti: vel propter indebitum ratiocinandi modum, ut dictum est.

In corp. ar.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ conscientia addit supra scientiam applicationem scientiæ ad actum particularem, & in ipsa applicatione pōt esse error quamuis in scia error non sit. Vel dicēdum, q̄ cōscio dico conscientiam, non dico vel implicō scientiā solummodo striete acceptam, put est tñ verorū: sed scientiam largo modo acceptam pro quacumque notitia, secundū quod omne quod nouimus communi vsu loquendi scire dicimus.

AD TERTIVM dicēdum, q̄ sicut scintilla est id, quod purius est de igne, & quod superuolat toti igni, ita synderesis est id quod supremum in conscientie iudicio reperitur: & secundum hanc metaphoram synderesis scintilla conscientie dī. Neq; oportet, ut in omnib. alijs se habeat synderesis ad conscientiam, sicut scintilla ad ignem. Et tamen in igne materiali aliquis motus accidit igni propter admissionem ad materiam alienam, qui non accidit scintillæ ratione suæ puritatis. Et ita etiam aliq̄ error potest accidere conscientie propter commistionem eius ad particularia, quæ sunt quasi materia a ratione aliena, qui non accidit rationi in sua puritate existenti.

AD QVARTVM dicendum, q̄ conscientia dicitur lex intellectus secundum illud quod habet a synderesi: & secundum hoc nunquam errat: sed aliunde, ut dictum est.

In corp. a. & ad arg.

AD V. dicēdū, quod licet rō ex hoc, quod coniungitur synderesi, non erret, tamen rō superior vel inferior erras pōt synderesi applicari, sicut mi

nor falsa adiungitur maiori ueræ.

AD VI. dicendum, q̄ iudicio statim dicto testium, quando dicta testium non possunt per alia manifesta iudicia argui falsitatis. In eo autē qui in conscientia errat, testimonium conscientie arguitur falsitatis ex ipso dictamine synderesi, & sic non stabitur dicto conscientie errantis in diuino iudicio: sed magis dictamini legis naturalis.

AD VII. dicēdum, quod conscientia non est prima regula humanorum operum: sed magis fundamentis: conscientia autem est quasi regula regularum, vnde nihil mirum, si error in ea potest accidere.

AD VIII. dicendum, q̄ spes illa quæ super cōscia conscientiam, fundatur certitudinem hie, & hæc est grauita: spes autem quæ super errorem conscientiam fundatur, est illa, de qua dicitur, spes in priorum peribit.

ARTICVLVS III.

Verum conscientia liget.

TERTIO queritur, utrum conscientia liget. Et videtur quod non. Nullus ligatur ad aliqua faciendā, nisi aliqua lege: sed homo non facit sibi ipsi legem. ergo cum conscientia sit ex hominis conscientia, non ligat.

¶ 2 Præter. Aliquis ad consilia non ligatur: sed conscientia se habet per modum consiliorum. Ita videtur conscientia præcedere electionem, licet consilium. ergo conscientia non ligat.

¶ 3 Præter. Nullus ligatur, nisi ex aliquo superiori: sed conscientia hominis non est superior, quam ipse homo. ergo homo ex sua conscientia non ligatur.

¶ 4 Præter. Eiusdē est ligare & soluerē: sed conscientia non sufficit ad hominem aboluendum, ergo nec etiam ad ligandum.

SED CONTRA, Eccl. 7. scit conscientia tua, q̄ in die dice nemo nocens absouit: sed præcepit in diebus obligat. ergo dictamen conscientie ligat.

¶ 2 Præter. Super illud Ro 9. omne quod non est ex fide &c. dicit Orig. multapostolus, vt nihil dicat, uel cogitem, nihil agam. nisi secundum conscientiam. ergo conscientia ligat.

RESPON. Dicendum, quod conscientia procul dubio ligat. Ad uidēdum autem quomodo ligat, sciendum est, q̄ ligatio metaphorice corporalis b^o ad spiritualia sumpta necessitatis impositionē importat. Ille enim qui ligatus est, & autem et potestas ad alia diuertendi, unde patet, quod ligatio non hēt locum in illis, quæ ex se necessaria sūt. Non. n. possumus dicere ignem esse ligatū a hoc, quod sit lum feratur, quamuis necesse sit ipsū sicut lum ferri: sed in tantum necessitatis ligatio locum habet, quib. ab alio necessitas imponitur. et autem duplex necessitas, quæ ab alio agente imponi potest. Vna quidem coactionis per quam cōs absolute necesse hēt facere hoc, ad quod determinatur ex actione agentis, alias coactio non proprie diceretur, sed magis inductio. Alia uero est necessitas conditionata, lex finis inpositione, sicut imponitur alicui necessitas, ut si non fecerit hoc, non consequatur suum præmium. prima quidem necessitas, quæ est coactionis, non cadit in motibus uoluntatis, sed solum in corporalib. rebus, eo qd uoluntas naturaliter est a coactione libera. Secunda necessitas uoluntati imponi potest, vt si necessarium sit hoc eligere, si hoc bonum dēat consequi, uel si hoc malum debeat uitare. Carere. n. malo in idem computatur, cum hēre bonum in talib. ut

patet per Philoſin 5. Ethico. Sicur autem neceſſitas
coactionis imponitur rebus corporalibus per ali-
quam actionem, ita neceſſitas conditionata impo-
nitur uoluntati per aliquam actionem. Actio autem,
qua uoluntas mouetur, eſt imperium regentis &
gubernatis. Vnde philoſo. dicit in 5. meta. q. rex eſt
principium motus per ſuum imperium. Ita eſt ſe
habet imperium alicuius gubernantis ad ligandū
in rebus uoluntariis illo modo ligationis, qui uo-
luntati accedere poteſt, ſicut ſe habet actio corpo-
ralis ad ligandum res corporales neceſſitate coa-
ctionis. Actio autem corporalis agentis nunquam
inducit neceſſitatem in rem aliam, niſi per conta-
ctum coactionis ipſius ad rem, in qua agit. Vñ nec
ex imperio alicuius regis, uel domini ligatur ali-
quis, niſi imperium attingat ipſum, cui imperatur:
attingit autem ipſum per ſcientiam. Vnde nullus
ligatur per præceptum aliquod, niſi mediante ſcien-
tia illius præcepti. Et ideo ille, qui non eſt capax no-
titie, præcepto non ligatur. Nec aliquis ignorans
præceptum Dei, ligatur ad præceptum faciendum,
niſi quatenus tenetur ſcire præceptum. Si autem
non tenetur ſcire, nec ſciat, nullo modo ex præce-
pto ligatur: ſicut in corporalibus agens corpo-
rale non agit, niſi per contactum: ita in ſpiritualibus
præceptum non ligat, niſi per ſcientiam. & ideo ſi-
cut eſt eadē uis qua tactus agit, & qua uirtus agen-
tis agit, cum tactus non agit, niſi ex uirtute agen-
tis, & uirtus agentis, non niſi mediante tactu. Ita eadē
uirtus eſt qua præceptum ligat, & qua con-
ſcientia ligat, cum præceptum nō liget niſi per uir-
tutem ſcientiæ, nec ſcientia niſi per uirtutem præ-
cepti. vnde cum conſcientia nihil aliud ſit quam
applicatio notitiæ ad actum, conſtat quod conſcien-
tia ligare dicitur, ut præcepti diuini.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo non
facit ſibi legem: ſed per actum ſuæ cognitionis,
qua legem ab alio factam cognofcit, ligatur ad le-
gem implendam.

AD II. Dicendum, quod conſilium dupliciter
dicitur. Quandoque enim conſilium nihil aliud
eſt, quam actio rationis inquirentis de agendis, &
hoc modo conſilium ſe habet ad electionem, ſicut
ſyllogiſmus, uel queſtio ad conſuſionem, ut pa-
tet per philoſophum in tertio Ethicorum, hoc au-
tem modo acceptum conſilium nō diuiditur con-
tra præceptum: quia de his quæ ſunt in præcepto
conſiliumur in hunc modum. Vnde ex tali conſi-
lio contingit aliquem obligari. Sic autem dictum
conſilium inuenitur in conſcientia quantum ad
unum modum applicationis, cum ſcilicet inqui-
ritur de agendo. Alio modo, dicitur conſilium per-
ſuaſio, uel inductio ad aliquid agendum non ha-
bens uim coactionem, & ſic conſilium contra præ-
ceptum diuiditur, cuius modi ſunt amiables exhor-
tationes. & ex iſto conſilio aliquando conſcientia
procedit. Applicatur enim aliquando etiam con-
ſcientia huius conſilij ad particularem actum: ſed
cum conſcientia non liget niſi ex uirtute eius, qđ
in conſcientia habetur, conſcientia quæ ex conſi-
lio ſequitur, nō alio modo poteſt obligare, quam
ipſum conſilium, ex quo aliquis obligatur, ut non
contemnat: ſed non ut impleat.

AD III. Dicendum, quod quantum homo
ſeipſo non ſit ſuperior: tamen ille de cuius præce-
pto ſcientiam habet eo ſuperior eſt, & ſic ex ſua
conſcientia ligatur.

AD IIII. Dicendum, quod tunc conſcientia er-
ronea non ſufficit ad abſoluendum, quando in ip-

ſo errore peccat, ut quando errat circa ea que ſcire
tenetur. Si autem eſſet error circa ea, que quis non te-
net ſcire, ex conſcientia ſua abſoluitur: ſicut patet
ex eo qđ ex ignorantia facti peccat, ut cū aliquis acce-
dit ad alienam uxorem, quam credit ſuam.

ARTICVLVS IIII.

Verum conſcientia erronea liget.

QVARTO queritur, utrū conſcientia erronea
liget. Et uidetur quod non: quia ut dicit Au-
gustinus. peccatum eſt dictum, uel factum, uel concupi-
tum contra legem Dei. ergo nihil ligat ad peccatum
niſi lex Dei: ſed conſcientia erronea non eſt ſecun-
dum legem Dei. ergo non obligat ad peccatum.

¶ 2 Præter. Rom. 13. ſuper illud, ois aſa &c. dicit gl.
Aug. quod inferiori poteſtati non eſt obediendū
cōtra præceptum ſuperioris, ſicut nō eſt obediendū
procōſuli, ſi cōtrariū imperatori ꝑcipiat: ſed cō-
ſcientia erronea eſt inferior ipſo Deo. cū ergo cōſcien-
tia erronea ꝑcipiat cōtraria ꝑceptis Dei, præceptū
conſcientiæ errantis nullo modo obligare uidet.

¶ 3 Præter. Secundum Amb. peccatum eſt transgreſ-
ſio legis diuinae, & caeleſtium inobedientia māda-
torum. ergo quicumq; deuiat ab obedientia legis
diuinae, peccat: ſed conſcientia erronea facit deuiare
a præceptis legis diuinae, quando ſi aliquis habet
conſcientiam faciendi aliquid, quod diuina lege
eſt prohibitum. ergo conſcientia erronea magis
inducit in peccatum obſeruata, quam liget in pec-
catum, ſi non obſeruetur.

¶ 4 Præter. Secundum iura ſi aliquis hēt cōſcientiā,
quod uxor ſua attineat ſibi in aliquo gradu prohi-
bito, & conſcientia illa ſit probabilis, tunc oportet
eam ſequi contra præceptum eccleſiæ, etiam ſi ex-
communicatio addatur: ſi autem non ſit probabi-
lis, conſcientia nō ligatur ad hoc quod eā impleat,
ſed debet magis eccleſiæ obedire: ſed cōſcientia er-
ronea ꝑcipue de per ſe malis nullo modo eſt p-
babilis. ergo talis conſcientia non ligat.

¶ 5 Præter. Deus eſt miſericordior, qđ aliquis Dñs tē-
poralis: ſed Dñs temporalis non imputat homini
ad peccatum illud quod ex errore committitur.
ergo multo minus per conſcientiam errantem ali-
quis penes Deum obligatur ad peccatum. ſed dic-
endum quod conſcientia erronea ligat circa in-
differentia, non autem circa ea que ſunt per ſe mala.

¶ 6 Sed contra, ſō in illis quæ ſūt per ſe mala con-
ſcientia erronea dī non ligare, qđ dī tam rationis
eſt in contrarium: ſed ſimiliter naturalis rō dīctat
contrarium conſcientiæ erroneæ, quæ circa in dif-
ferentia errat. ergo ſimiliter iſta non ligat.

¶ 7 Præter. Opus indifferentis ſe habet ad utrumlibet:
quod eſt ad utrumlibet, non eſt neceſſarium fieri,
uel non fieri: ergo ad opera indifferentia aliquis
non obligatur ex neceſſitate per conſcientiam.

¶ 8 Præter. Si aliquis ex erronea conſcientia contra
legem Dei facit, non excuſatur a peccato. ſi igitur
ille qui contra conſcientiam etiam ſic errantē age-
ret, peccaret, ſequeretur quod ſiue ageret ſecundū
conſcientiam erroneam, ſiue non, peccaret. ergo
erit coactus, ut peccatum vitare non poſſit: quod
uidet impoſſibile: quia nullus peccat in eo quod
vitare non poteſt, ſecundum Aug. ergo impoſſibi-
le eſt, quod conſcientia taliter errans liget.

¶ 9 Præter. Omne peccatum ad aliquod genus
reducitur: ſed ſi alicui dīctat conſcientia quod for-
nicetur, abſtinere a fornicatione, non poteſt ad al-
liquod genus peccati reduci. ergo non peccaret
ſic contra conſcientiam agens. ergo conſcientia
talis non ligat.

lo reſſi-
lia mani-
i in con-
arguunt
& ſic non
ino indi-
on eſt p-
ys inde
regulari.
ccidere.
uper ſcē-
i, & hac
com con-
us, ſequi
aliget. Et
ad aliqua
facit ſi-
hominis
re ſed con-
nis. Ita
m, ſicut
o ſuperio-
ſuperior,
conſcientia
conſcien-
du m. ergo
tu, gl. que
accipit ſi-
iæ ligat.
non eſt
ihil dīctat
conſcien-
promi-
odo legi,
corpori-
poſitiue
ſtituere ſi-
auterore
quod legi-
ſſaria ſi-
ti ad hoc,
ſi ipſi ſi-
igatio lo-
omitur. et
ente impo-
quam ſi-
determi-
n proprie-
eſt neceſ-
e, ſicut im-
it hoc, nō
idem ne-
omōnis. v-
eo qđ uo-
Secunda
conſcien-
n. mala in
talib, ut
patet

1.2. q. 19. a.
lic. 5.
22. contra
Fauftum ca.
27. in primo
tum. 6.
¶ In ſer. 6. de
uerbis domi-
ni a. med. co.
10.
Lib. de Para-
diſo ca. 8. aſi-
te med. 1.4.

SED CONTRA est, quod dicitur Ro. 13. Omne, quod non est ex fide, peccatum est, etiam si bonum sit in se: sed conscientia, quæ prohibet illud, quod in se est bonum, est erronea. ergo talis ligat. ¶ 2 Præ. Observare legalia post tempus gratiæ revoluta non erat indifferens; sed per se malum. unde dicitur Gal. 5. Si circumcidimini Christus nihil vobis prodest; sed tamen conscientia de circumcissione observanda ligabat. Unde ibidem dicitur, Testificor autem circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ. ergo erronea conscientia ligat in per se malis.

¶ 3 Præ. Pñm principaliter in voluntate consistit: quicunq; aut vult transgredi præceptum divinum hêt malam voluntatem, ergo peccat; sed quicunq; credit aliquid esse præceptum, & vult transgredi, hêt voluntatem non servandi legem, ergo peccat, qui autem habet erroneam conscientiam, siue in his quæ sunt per se mala, siue in quibuscunq; credit id quod est contrarium sue conscientiæ esse contra legem Dei, ergo si vult facere illud, vult facere contra legem Dei, & peccat, & ita conscientia quantumcumque erronea obligat ad peccatum.

¶ 4 Præ. Secundum Dam. conscientia est lex intellectus nostri: sed facere contra legem est peccatum, ergo et facere contra conscientiam quomodo locum q.

¶ 5 Præ. Aliquis ex præcepto ligatur; sed hoc quod conscientia dicitur, est præceptum, ergo quantumcumque sit erronea conscientia, ligat.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc sunt diversæ opiniones. Quidam enim dicunt, quod conscientia potest errare, vel in his quæ sunt per se mala, vel in indifferentibus. Conscientia igitur errans in his, quæ sunt per se mala, non ligat, in indifferentibus autem ligat. Sed qui hoc dicunt, non vident intelligere, quid sit conscientiam ligare. Secundum hoc enim ligare conscientiam dicitur, quod aliquis nisi conscientiam impleat, peccatum incurrit, non autem hoc modo quod aliquis implens recte faciat, alias enim consilium obligare diceretur, implens enim consilium recte agit: sed tamē ad consilia dicimur non ligari, quia qui consilium præterit, non peccat: ad præcepta autem ligari dicimur, quia si non servamus præcepta, peccatum incurrimus. Non igitur propter hoc conscientia dicitur ad aliquid ligare, quod si illud fiat, ex talis conscientia bonum fit: sed quia si non fiat peccatum incurritur. Non videtur autem possibile quod aliquis peccatum evadat, si conscientia quantumcumque errans dicitur aliquid esse præceptum Dei quod sit indifferens, siue per se malum, si contrarium, tali conscientia manente agere disponat. Quantum enim in se est ex hoc ipso habet voluntatem, legem Dei non observandi, unde mortaliter peccat. Quamvis igitur talis conscientia quæ est erronea, deponi possit, nihilominus tñ dum manet, obligatoria est: quia transgressor ipsius de necessitate peccatum incurrit, diversimode tñ recta conscientia & erronea ligat, recta quod ligat simpliciter & per se, erronea autem sñ quid & per accidens. dico autem rectam ligare simpliciter, quia ligat absolute & in oem eventum. Si n. aliq; conscientiam hêt de vitando adulterio, ista conscientiam sine peccato non potest deponere; quia in ipso quod eam deponeret errando graviter peccaret, ea autem manente non potest præteriri in actu sine peccato. unde absolute ligat & in omnē eventum. Sed conscientia erronea non ligat nisi secundum quod & sub conditione. Ille n. cui dicitur conscientia, quod tenet ad fornicandum, non est obligatus, ut fornicatio-

ne sine peccato dimittere non possit, nisi sub hac conditione, si talis dicitur conscientia, hęc autem conscientia remoueri potest absque peccato. Vñ talis conscientia non obligat in oem eventum, potest malig contingere, si depositio conscientie, quod contingere te ulterius non ligat. Quod autem sub conditione est, sñ in quod esse dicitur. Dico et quod conscientia recta per se ligat, erronea autem per accidens: quæ ex hoc patet. Qui n. vult, vel amat unum per alterum, illud quod amat per quod amat reliquum, per se amat: quod vero per aliquid, quasi per accidens dicitur qui unum amat per dulce, amat dulce per se, unum autem per accidens. Ille autem, qui conscientiam erroneam hêt, tenet eam esse rectam (alias non erraret) nec inheret conscientie erronee per se sicut dicitur, quia in ea credit esse, vñ tenet quidem per se loquendo recte conscientie, sed erronea quasi per accidens, in quantum hanc conscientiam, quam credit esse rectam, contingit esse erroneam. Et exinde est, quod per se loquendo ligatur a conscientia recta: per accidens vero ab erronea. Et hęc solutio potest accipi ex verbis philosophi in 7. Eth. ubi quasi eandem questionem quaerit, utrum scilicet dicendum sit in concisiones, qui abcedit a ratione recta solum, vel qui abcedit a falsis. Et soluit quod in continens per se recedit a ratione recta, per accidens autem a falsis, & ab una quidem simpliciter, ab alia autem secundo quid; quia quod per se est, simpliciter est: quod autem per accidens, secundum quid.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamvis id quod dicitur erronea conscientia, non consonum sit legi Dei: tñ accipitur ab errante, ut ipsa lex Dei. Et sic per se loquendo in hoc recedit, recedit a lege Dei: quauis per accidens sit, quod a lege Dei non recedit.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio illa procedit quod superioris, vel inferioris sunt distincta præcepta, & utrumque per se distinctum pervenit ad eum qui præcepto obligatur, quod hic non contingit: quia conscientie dictamen, nihil est aliud quam perventio præcepti divini ad eum qui conscientiam habet, ut ex dictis patet. esset autem simile in exemplo proposito, si præceptum Imperatoris nunquam ad aliquem pervenire posset, nisi mediante proconssule, & proconssul non præciperet, nisi recitans imperatoris præceptum. Tunc n. idem esset conuenire præceptum Imperatoris & proconssulis, siue proconssul verum diceret, siue mentiretur.

AD III. Dicendum, quod conscientia erronea errat in his, quæ sunt per se mala dicitur contraria legi Dei: sed tñ illa quæ dicitur, dicit esse legem Dei, Et sic transgressor illius conscientie transgressor est iusticie legis Dei, quamvis conscientiam sequens, & eam opere implens contra legem Dei faciens moraliter peccet: quia in ipso errore peccatum erat: cui contingeret ex ignorantia eius, quod scire debebat.

AD IIII. Dicendum, quod quando conscientia non est probabilis, tunc debet eam deponere: sed tamen dum manet, si contra eam faciat, mortaliter peccat. unde per hoc non probatur, quod conscientia erronea non liget dum manet: sed solum quod non ligat simpliciter, & in omnem eventum.

AD V. Dicendum, quod ex illo argumento non concluditur, quod conscientia erronea non liget ad peccatum, non impleatur: sed si impleatur, excusat a peccato, unde non est ad propositum. Concludit autem verum quando ipse error non est peccatum, vtpote cui contingit ex ignorantia facti. Si autem ex ignorantia peccati est, sic non concluditur: quia ipsa ignorantia peccati est, sic n. apud iudicem secularem non excusat, qui ignorantiam iuris, quod scire debet, allegat.

AD VI. Dicendum, quod licet in ratione naturali sit, unde possit procedi ad contrarium eius quod erronea conscientia dicitur, siue sit error circa indifferentiam, siue circa per se mala, tamen actu ratio naturalis non dicitur contrarium: si enim diceret contrarium, non erraret conscientia.

AD SEPTIMUM dicendum, quod quamuis opus indifferens quantum in se est, ad utrumlibet se habeat: tamen cum quis existimat hoc opus cadere sub peccato, efficitur non indifferens propter suam estimationem.

AD VIII. Dicendum, quod ille qui habet conscientiam facienda fornicationem, non est simpliciter perplexus, quia potest aliquid facere, quo factum non incidit in peccatum, scilicet conscientiam erroneam deponere: sed perplexus secundum quid, scilicet conscientia erronea manente, & hoc non est inconueniens, ut aliquo supposito homo peccatum uitare non possit: si uero supposita intentione inanis gloriae, ille qui tenetur elemosinam dare, peccatum uitare non potest. si enim dat ex tali intentione, peccat: si uero non dat, transgressor est.

AD IX. Dicendum, quod quando conscientia erronea dicitur aliquid faciendum, dicitur illud sub aliqua ratione boni, uel quasi opus iustitiae, uel temperantiae, & sic de aliis. & ideo transgressor incurrit in uitium contrarium illi uirtuti, sub cuius specie conscientia illud dicitur, uel si dicitur illud sub specie diuini precepti, uel alicuius prelati tantum, incurrit peccatum inobedientiae conscientiam transgrediens.

ARTICVLVS V.

Utrum conscientia in indifferentibus plus liget, quam preceptum prelati, uel minus.

QVINTO quaeritur, utrum conscientia in indifferentibus plus liget, quam preceptum prelati uel minus. & uidetur quod minus. Subditus enim religiosus uouit obedientiam prelato: sed tenetur uotum reddere. Psalms. quinto. Vouete & reddite. ergo uidetur quod tenetur prelato obedire contra conscientiam, & ita magis prelato, quam conscientiae.

¶ 1. Prater. Prelato semper est obediendum in his, quae non sunt contra Deum: sed in indifferentibus non sunt contra Deum. ergo in eis tenetur obedire prelato, & sic idem quod prius.

¶ 2. Prater. Potestati superiori magis est obediendum, quam inferiori, ut habetur in glossa Rom. sed anima prelati est superior, quam anima subditi. ergo magis ligatur subditus ex prelati imperio, quam ex conscientia propria.

¶ 3. Prater. Subditus non debet iudicare de precepto prelati: sed magis prelatus de actibus subditi, iudicaret autem subditus de precepto prelati, si propter suam conscientiam ab eius precepto recederet. ergo quantumcumque conscientia dicitur in indifferentibus, magis est standum precepto prelati.

SED CONTRA, uinculum spirituale fortius est quam corporale, & intrinsecum quam extrinsecum: sed conscientia est uinculum spirituale intrinsecum, prelatus autem uinculum corporale, & extrinsecum. ut uidetur, quia per temporalem dispensationem omnis prelatio agit. unde, cum ad eternitatem uentum fuerit, euacuabitur, ut habetur in gl. i. Corin. 13. ergo uidetur quod magis est obediendum conscientiae, quam prelati.

RESPON. Dicendum, quod huius questionis ratio satis ex his, quae dicta sunt, potest apparere. dictum est enim supra, quod conscientia non ligat, nisi vi precepti

A diuini, uel secundum legem scriptam, uel secundum legem naturae inditam. Comparare igitur ligamen conscientiae ad ligamen quod est ex precepto prelati, non est aliud quam comparare ligamen precepti diuini ad ligamen precepti prelati. Unde, cum preceptum diuinum obliget contra preceptum prelati, & magis obliget quam preceptum prelati, conscientiae ligamen erit maius quam ligamen precepti prelati, & conscientia ligabit, precepto prelati in contrarium existente, si hoc diuersimode se habet in conscientia recta & erronea. Conscientia enim recta simpliciter, & perfecte contra preceptum prelati obligat. simpliciter quidem, quia eius obligatio non potest, cum sine peccato deponi non possit talis conscientia: perfecte autem, quia conscientia recta non solum hoc modo ligat, ut ille, qui eam sequitur, peccatum non incurrat: sed ut ille, qui eam sequitur, sit immunis a peccato, quantumcumque prelati preceptum sit in contrarium: sed conscientia erronea ligat contra preceptum prelati in indifferentibus secundum quid, & imperfecte. Secundum quid, quia non obligat in oem euentum: sed sub conditione suae durationis: potest enim aliquis & debet talem conscientiam deponere. Imperfecte autem, quia ligat quantum ad hoc, quod ille, qui eam sequitur, peccatum non incurrit: non autem quantum ad hoc quod ille, qui eam sequitur, peccatum uitet, cum preceptum prelati est in contrarium, si tamen ad illud indifferens preceptum prelati obliget. in tali enim casu peccat siue non faciat, quia contra conscientiam agit, siue faciat, quia prelato inobediens est. Magis autem peccat, si non faciat conscientia durante, quod conscientia dicitur, cum plus liget quam preceptum prelati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ille qui uouit obedientiam, tenetur obedire in his, ad quae bonum obedientiae se extendit, nec ab ista obligatione absoluitur per errorem conscientiae: nec si eum a conscientiae absoluitur ligamine per istam obligationem, & ita manet in eo duplex contraria obligatio. Quarum una scilicet quae est ex conscientia est maior, quia intensior, minor, quia solubior: alia uero e contrario. Obligatio enim illa, quae est ad prelatum, solum non potest, sicut conscientia erronea deponi potest.

AD II. Dicendum, quod quamuis opus illud per se sit indifferens: tamen ex dictamine conscientiae fit non indifferens.

AD III. Dicendum, quod quamuis prelatus sit superior subdito; tamen Deus, sub cuius precepti specie ligat conscientia, est maior quam prelatus.

AD IIII. dicendum, quod subditus non habet iudicare de precepto prelati; sed de impletione precepti quae ad ipsum spectat. Vnusquisque enim tenetur actus suos examinare ad conscientiam, quam a Deo habet, siue sit naturalis, siue acquisita siue intuita; omnis enim homo debet secundum rationem agere.

QVAESTIO XVIII.

De cognitione primi hominis in statu innocentiae.

In octo articulos diuisa.

¶ Primo, Utrum homo in statu innocentiae cognouerit Deum per essentiam.

¶ Secundo, utrum homo in statu innocentiae per creaturas uiderit Deum.

¶ Tercio,